Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0001-1



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0002-6

30

# PRO-RECTOR
## AC ORDINIS IVRE-CONSVLTORVM
IN
## *ACADEMIA VITEMBERGENSI*
# DECANVS
# CHRISTOPH· HENR
# DE BERGER
## COMES PALATINVS CAESAREVS
POTENT· POLON· REG· ET ELECT· SAX· A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE PARITER AC SVMMI PROVOCAT· SENAT ANTECESSOR CVRIAE ELECT· PROVINC· CONSIST· ECCLESIAST SCABINAT· ITEMQVE IVDICII DVCAL· IN MARCHIONATV INFER· LVSATIAE ASSESSOR

AD

*DISSERTATIONEM SOLEMNEM*

## CONSVLTISSIMI CANDIDATI
# JOANNIS FRIDERICI VVERNHERI
NEVNKIRCHA-FRANCI

## ADVOCATI VITEMBERGENSIS
## IN AVDITORIO MAIORI
*AD DIEM XIV· APRIL· A· R· S· cIↄ Iↄ CC XXIV*

HABENDAM

## ILLVSTRISSIMVM DN· COMITEM
## ET PATRES AC CIVES ACADEMIAE
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA ATQVE HVMANITATE

INVITAT

(1724)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0003-2

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0004-8

Non omnino inter Interpretes conuenit, utrum eo caſu, quo arreſtum, in bonis feudalibus, a iudice, qui dominium directum rei feudalis ſimul habet, impetratum, in dubio, ſicubi dominus ſe non declararit, in ipſam feudi ſubſtantiam, an uero in huius fructus atque commoditates ſolummodo, conceſſum intelligatur? Pro affirmante ſententia, quod nimirum in dubio ipſa feudi proprietas iure pignoris afficiatur, facit quidem *O. P. S. Tit.* 40. §. *Ob wohl* 1. *uerſ.* *VVann aber bey ſolcher Hülffe keine ſonderliche Erklährung geſchicht etc.* uſque ad uerba: *ſondern auch zu dem Eigenthum des Lehns, erlanget habe.* et *Tit.* 51. §. *Sonder-*

*lich aber etc.* eademque nituntur Carpzou. *Part.* 1. *Conſt.* 29. *Def.* 22. Idem *ad Proceſſ. Tit.* 21. *Art.* 3. §. 8. *n.* 61. *ſeqq.* Hartm. Piſtor. *Part.* 1. *Quaeſt.* 15. *n.* 70. *ſeqq.* Ziegler. *ad O. P. S. Tit.* 48. §. 2. *VVie und welcher geſtalt etc.* ad uerba: *Sondern allein die Früchte etc.* et Martini *in Proc. Tit.* 48. *ad eundem* §. *VVie und welcher geſtalt etc. fol.* 492. Pro negante autem, quam Dn. Parens, *E. D. F. Tit.* 48. *Obſeru.* 3. *pag.* 1640. Dn. Mencken *ad Proc. Tit.* 48. §. 7. *pag.* 836. et *Tit.* 51. §. 28. *pag.* 892. D. Barth. *Hodeget. Forenſ. Cap.* 3. §. 12. *pag.* 548. defendunt, et quae haud dubie potior eſt, in primis urgeri poteſt, a pignore iudiciali, quod ex cauſſa iudicati conſtituitur, ad pignus praetorium, quippe quod, ex cauſſa arreſti, moribus, contra rationem Iuris Ciuilis, impetratur, uix arguendum eſſe, praeſertim cum ipſemet Elector Saxo ſatis caute ac circumſpecte *O. P. Tit.* 48. §. 2. *VVie und welcher geſtalt etc.* locutus ſit. Qua de re etiam Dn. Mencken *ad Ord. Proc. cit. loc. pag.* 836. recte monet, domini expreſſum et determinatum conſenſum accedere debere, quo arreſtum, in ſubſtantiam ipſiuſmet feudi conceſſum, exiſtimetur. Neque, intuitu huius quaeſtionis, inter feuda propria et impropria differentiam quandam

regu-

regulariter conſtituendam eſſe, putamus, propterea, quod *O. P. S. Tit.* 51. §. *Sonderlich aber etc.* loquitur indiſtincte *von Lehn-Güthern.* At, feudum tamen mere hereditarium et alienabile a regula excipiendum eſſe, cum D Barthio *Hodeget. Forenſ. Cap.* 3. §. 12. *pag.* 549. ſtatuimus, ubi hanc doctrinam praeiudiciis Scabinorum Ienenſium et Ordinis Iuridici Hallenſis confirmat. Illuſtrat hoc argumentum Reſponſum, quod, nomine Ordinis Iuridici Vitembergenſis, ad conſultationem D. W *zu* E. dedimus nouiſſime, *hoc Menſ. April.* *cIↄ Iↄ CCXXIV.* id quod etiam ſubiicere libet: *Auff vorſtehende* Facti Speciem *und deren Beylage* ſub ⊙. *auch angehengte Rechts-Frage, erachten etc. in Rechten ergründet. VVann gleich einige* DD *in denen Gedancken ſtehen;* quod arreſtum, in bonis feudalibus impetratum, a iudice, qui dominus feudi ſimul eſt, in dubio ipſam feudi ſubſtantiam, non uero fructus tantummodo, et commoditates feudi, iure pignoris afficiat, Carpzou. *Part.* 1. *Conſt.* 29. *Def.* 22. et *ad Proceſſ. Tit.* 21. *Art.* 3. §. 8. *n.* 61. *ſeqq.* Hartm. Piſtor. *Part.* 1. *Quaeſt.* 15. *n.* 70. *ſeqq.* Ziegler *ad O. P. S. Tit.* 48 §. *VVie und welcher geſtalt etc.* ad uerba: *Sondern al-*

*lein die Früchte etc.* Martini *in Proc. Tit.* 48. *ad eundem* §. *VVie und welcher geſtalt etc. fol.* 492. *Alldieweil aber dennoch andere bewährte Rechts-Lehrer das Gegentheil, und daß* in dubio, ſicubi dominus feudi ſe non declararit, arreſtum, non in ipſam feudi ſubſtantiam, ſed in eiuſdem fructus ſolummodo, conceſſum, *dafür zuhalten, mit weit beßerm Grunde behaupten, in mehrer Erwegung;* quod a pignore iudiciali, ad pignus praetorium, quod, ex cauſſa arreſti, moribus, contra rationem Iuris Ciuilis, impetratur, uix arguendum, quam ob rem etiam domini expreſſus et determinatus conſenſus accedere debeat, quo arreſtum, in ſubſtantiam ipſius feudi conceſſum, exiſtimetur, Nob. Dom. de Berger, *E. D. F. Tit.* 48. *Obſeru.* 3. *pag.* 1640. D Mencken, *ad Proc. Tit.* 48. §. 7. *pag.* 836. et *Tit.* 51. §. 28. *pag.* 892. D. Barth. *Hodeget. Forenſ. Cap.* 3. §. 12. *pag.* 548. *einfolgl. die Clauſul: iedoch mit Auſſchlieſſung der* Subſtantiae Feudi, *Vnſerm in Monath Dec. des iüngſt abgewichenen* 1723. *Iahres in Arreſt-Sachen des Königl. Preußl. Hr. Geheimbden Raths uon L. contra den Herrn Cammer-Herrn uon St. geſprochenen Vrthel wohlbedächtig, auch mit gutem Fug und Recht, einuerleibet worden, dahingegen, daß ſo-*

*tha-*

*thane* Clauſula impertinens *ſey, zur Vngebühr vorgegeben wird; Hiernächſt ebenmäßig nichts zur Sache thut, daß ſelbige Clauſul in andern St. Arreſt-Vrtheln weggelaſſen, maaſſen die quaeſtionirte Clauſul ohne dem Rechtens iſt, und, daferne ſie nicht auſgedrucket*, uirtualiter *in denen Vrtheln enthalten, ſowohl deren VVeglaſſung denenienigen* Creditoribus, *welche die Vrthele rechtskräfftig werden laſſen, kein* pinguius ius, *als alleine zu denen Früchten, giebet, nicht weniger ordentlicher weiſe* inter feuda propria et impropria *dieſſals kein Vnterſcheid zu machen, und die leztere Doctrin in dem Appellation-Gerichte zu Dreßden, alwo der Haupt-Concurs des von St. anhängig, und uentiliret wird, recipiret; Ferner, daß das Guth B· ein* feudum mere hereditarium et alienabile, *alſo dergeſtalt beſchaffen ſey, daß denen Beſitzern frey gegeben, nach ihren Gefallen dieſes Guth gantz, oder auch ein Stück davon in der Qualitaet und Freyheit, wie ſie es bekommen, zu verkauffen und zu vereinzeln, ohne daß ſie darüber Lehnsherrl. Conſens zu ſuchen, der Lehnherr auch einen neuen Lehnmann, er ſey wer er wolle, wieder ſeinen VVillen anzunehmen ſchuldig, zwar angegeben, aber, noch zur Zeit, mit nichts beybracht, in welchem Fall*

einige DD. *ſtatuiren*, *daß der angelegte Arreſt ſich* ad ipſam eiuſmodi feudi ſubſtantiam *allerdings erſtrecke*, *auch ſolche Meinung nicht ohne Fundament*; Enim uero, ſi forte uaſallo, in literis inueſtiturae, poteſtas feudum, etiam ſine requiſitione conſenſus domini, alienandi conceſſa, et arreſtum generaliter impetratum, idem illud, non ſolum in ſubſtantia bonorum allodialium, uerum etiam ipſiuſmet feudi, ſubſiſtit, D. Barth. *d. loc. pag.* 549. *So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß der Herr*, *im fall er*, *daß das geſamte Lehn-Guth B. ein* feudum mere hereditarium et alienabile *auf obige Maaſſe ſey*, *zu dociren vermögte*, *der* a Curia Feudali *verſtattete Arreſt*, *geſtalten Sachen nach*, *nicht allein die Früchte des Lehns*, *ſondern auch deſſen Subſtanz ſelbſt afficire*, *und derſelbe ſo dann auf die* ſub ⊙. *eingewandte Leuterung eine* Reformatoriam *zu hoffen. V. R. VV*

Quae quidem breuiter commentati ſumus, cum doctiſſimus Iuris Candidatus quidam publice ſiſtendus eſſet. Eſt illi nomen IOANNES FRIDERICVS WERNHERVS, *Neunkircha-Francus*, quo in loco anno

anno uindicatae ſalutis cIↃ DC IIC naſcebatur. Vtitur Patre IOANNE CHRISTOPHORO, olim ibidem per uiginti, et quod excurrit, annos Paſtore, hoc uero tempore, celebris Gymnaſii Oettingenſis Conrectore, LVDOVICI GODOFREDI, illuſtris Gymnaſii Rotenburgenſis ad Tubarim Rectoris et Profeſſoris Publici, Filio, Matre MAGDALENA ELISABETHA, GEORGI CONRADI GALLI, Synbronnenſis quondam coetus ſacri Paſtoris, Filia. Primis literarum rudimentis feliciter comparatis, Rotenburgum profectus eſt, Clariſſimorumque Virorum, MILLENAVI, ADAMI, LEHMI, in primiſque Aui Paterni, cuius memoria illi ſemper ſancta eſt, fideliſſima doctrina, omni humaniorum literarum notitia imbutus eſt. Inde Vitembergam iter ingreſſus eſt, pridem ante in Almae huius tabulas inſcriptus, atque, Anno cIↃ IↃCC XVII Pro - Rectoris uices ſuſtinente Magnifico GRIBNERO, Conſiliario Aulae ac Iuſtitiae itemque Archiuario Regio, acceſſit. Conſilium deinceps amplexurus, imitaturuſque exemplum DN. Patrui ſui, Magnifici IO. BALTHASAR. WERNHE-

)( )( RI,

RI, Conſiliarii Aulae et Iuſtitiae Regii, atque in hac Academia Ordinis ICtorum Praeſidis Ordinarii, primum Celeberrimorum Philoſophiae Profeſſorum, VICHMANSHVSI, BERGERI, KIRCHMAIERI, SCHROEDERI, HASSI aliorumque, ſcholas publicas priuataſque ſedulus frequentauit, poſtea Theologiae quoque aliquid temporis conſecrauit, atque ab ore Summe Reuerendorum Virorum, D. WERNSDORFI in Theticis, Hiſtoricis et Aſceticis, in Exegeticis et Homileticis D. CHLADENI, in Polemicis aliiſque uero D. SCHROEERI et D. IANI, publice priuatimque pendens egregiam illius notitiam ſibi conquiſiuit. Arbitrio tandem ſibi a commemorato DN. Patruo, qui maiori, quam decet Patrem, tam affectu, quam beneficio, iuuit illum, conceſſo, atque, illius hortatu, diuino Numine religioſiſſimis implorato precibus, in Iuriſprudentia excolenda acquieuit, totam cui uitam deſtinare decreuit, eumque in finem Celeberrimos huius Academiae ICtos, BASTINELLEROS, MENCKENIOS, SPENEROS, KEMMERICHIOS, KRAVSIOS, BRENDELIOS, me deni-

denique ipſum, ac in primis DN. Patruum ſuum, publice priuatimque commentantes, audiuit. Vnus ab hinc, ac dimidium anni, effluxit, ex quo ab Ordine noſtro, comprobatis ingenii atque induſtriae profectibus, inter doctiſſimos I. V. Candidatos receptus, et, edito ſpecimine practico, coram Regimine Dreſdenſi, dignus habitus eſt, cui cauſſae forenſes concrederentur tractandae. Reuerſus deinde DN. Patrui Compendium Iuris, non ſine emolumento et frequentia Auditorum, itemque Inſtitutiones Iuris Imperatorias, ſeparato explicuit labore, cui rei etiam explorandi ſuorum doctrinam, et diſputandi curas, adiunxit. Quibus anni ſpatio abſolutis, alias in uniuerſum Iuris campum, ac *Struuii* Iuriſprudentiam Romano-Germanicam Forenſem, praelectiones inchoauit, iterumque diſputandi, exquirendi ingeniorum incrementa, ac repetendi ſtudium, addidit, iiſque adhuc, per ſex et plures ſingulorum dierum horas, incumbit, et nihilo tamen ſecius complura ſimul negotia forenſia, partim finiuit, partim et nunc ad finem perducenda curat. Nihil adeo reliquum eſſe uidetur, quam ut, publico documento ſuae dexteritatis ac doctrinae edito, licentiam ſummos in Iuriſprudentia honores adipiſcendi,

ſcendi, ſibi, Praeſide ſaepius laudato DN. Patruo ſuo, *de Obligatione ex pactis futurorum ſponſaliorum*, uulgo *vom Ja-VVort*, uindicet, ad quod d. XIV. April. audiendum, Illuſtriſſimum Dominum Comitem a Solms, Patres Academiae Conſcriptos, omnes etiam Hoſpites ac Ciues, pro ea, qua decet, obſeruantia atque humanitate inuitamus. P. P. D
Feſto Paſchatis, A. R. G
cIↃ IↃCC XXIV

---

*VITEMBERGAE*
LITERIS VIDVAE GERDESIAE

94 A 7379

ULB Halle 3
002 376 911

5b

VD17

Mai 1999

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0015-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0016-5

30

# PRO-RECTOR
AC ORDINIS IVRE-CONSVLTORVM
IN
*ACADEMIA VITEMBERGENSI*
# DECANVS
# CHRISTOPH· HENR DE BERGER
COMES PALATINVS CAESAREVS
POTENT· POLON· REG· ET ELECT· SAX· A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE PARITER AC SVMMI PROVOCAT· SENAT ANTECESSOR CVRIAE ELECT· PROVINC· CONSIST· ECCLESIAST SCABINAT· ITEMQVE IVDICII DVCAL· IN MARCHIONATV INFER· LVSATIAE ASSESSOR
AD
*DISSERTATIONEM SOLEMNEM*
CONSVLTISSIMI CANDIDATI
# JOANNIS FRIDERICI VVERNHERI
NEVNKIRCHA-FRANCI
ADVOCATI VITEMBERGENSIS
IN AVDITORIO MAIORI
*AD DIEM XIV· APRIL· A· R· S· cIↄ Iↄ CC XXIV*
HABENDAM
ILLVSTRISSIMVM DN· COMITEM
ET PATRES AC CIVES ACADEMIAE
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA ATQVE HVMANITATE
INVITAT

(1724)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-425799-p0017-1